in foro conſcientiæ dumtaxat, ſiue per dictas Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas, ſiue per litteras etiam in forma Breuis Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, aut noſtras, vel ſucceſſorum noſtrorum, etiam motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter etiam ad ſupplicationem, ſeu contemplationem quorumcunque etiam Imperatoris, Regum, & Principum, ſeu Rerumplubicarum, ac prædictorum Ordinum, Congregationum, & Societatis, aut vigore cuiuſcunque Iubilei, etiam vniuerſalis, vel Cruciatæ Sanctæ, aut Sanctæ Inquiſitionis, ſeu miſſionum, & alias quouis modo, & ex quacunque cauſa quantumlibet pia, fauorabili, publica, & priuilegiata conceſſæ, & emanatæ, concedendæque, & emanandæ, nuncque, ac pro tempore competentes ad præmiſſa omnia, & ſingula nullatenus ſe extendere intelligantur, ſed eſſe Nobis, & Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris dumtaxat reſeruata, prout tenore præſentium decernimus & reſeruamus. Decernentes quoque eaſdem præſentes litteras etiam ex eo, quod prædicti Regulares, & alij quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad id vocati, citati, & auditi, cauſæque propter quas illæ emanarunt ſufficienter aut etiam nullatenus adductæ, ſeu probatæ fuerint, de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio quopiam defectu, vel ex quacunque alia cauſa, occaſione, prætextu, colore, & capite notari, impugnari, reſcindi, in ius, vel controuerſiam reuocari nunquam poſſe, ſed eaſdem præſentes litteras ſemper, & perpetuo validas, firmasq́, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & inuiolabiliter obſeruari, ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & quoſuis alios quacunque auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore exiſtentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam conciliaribus, & quatenus ſoiet opus noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de iure quæſito non tollendo, necnon quorumuis Ordinum, & Congregationum Regularium, dictæque Societatis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Societati, illorumque Superioribus, Fratribus, Clericis, & perſonis, ac generaliter quibuſuis alijs etiam indiuiduam mentionem requirentibus, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & pluries innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxvi. Februarij M.DC.XLIII. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

M. A. Maraldus.

... Natiuitate D.N. IESV CHRISTI milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo tertio, indictione ... Pontific...

# S.MI D. N. D. VRBANI
## DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.

Declaratió circa facultatem diſpenſandi cum Regularibus ſuper voto de non procuranda, nec acceptanda dignitate extrà Religionem.





BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI



# VRBANVS PAPA VIII.
## AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

... Regularium mentes interdum excæcat, vt ab eo, quod abnegantes

in foro conſcientiæ dumtaxat, ſiue per dictas Conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas, ſiue per litteras etiam in forma Breuis Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, aut noſtras, vel ſucceſſorum noſtrorum, etiam motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter etiam ad ſupplicationem, ſeu contemplationem quorumcunque etiam Imperatoris, Regum, & Principum, ſeu Rerumplubicarum, ac prædictorum Ordinum, Congregationum, & Societatis, aut vigore cuiuſcunque Iubilei, etiam vniuerſalis, vel Cruciatæ Sanctæ, aut Sanctæ Inquiſitionis, ſeu miſſionum, & alias quouis modo, & ex quacunque cauſa quantumlibet pia, fauorabili, publica, & priuilegiata conceſſæ, & emanatæ, concedendæque, & emanandæ, nuncque, ac pro tempore competentes ad præmiſſa omnia, & ſingula nullatenus ſe extendere intelligantur, ſed eſſe Nobis, & Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris dumtaxat reſeruata, prout tenore præſentium decernimus & reſeruamus. Decernentes quoque eaſdem præſentes litteras etiam ex eo, quod prædicti Regulares, & alij quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad id vocati, citati, & auditi, cauſæque propter quas illæ emanarunt ſufficienter aut etiam nullatenus adductæ, ſeu probatæ fuerint, de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio quopiam defectu, vel ex quacunque alia cauſa, occaſione, prætextu, colore, & capite notari, impugnari, reſcindi, in ius, vel controuerſiam reuocari nunquam poſſe, ſed eaſdem præſentes litteras ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & inuiolabiliter obſeruari, ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & quoſuis alios quacunque auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore exiſtentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam conciliaribus, & quatenus foret opus noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de iure quæſito non tollendo, necnon quorumuis Ordinum, & Congregationum Regularium, dictæque Societatis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Societati, illorumque Superioribus, Fratribus, Clericis, & perſonis, ac generaliter quibuſuis alijs etiam indiuiduam mentionem requirentibus, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & pluries innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica; expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ alicuius in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxvi. Februarij M.DC.XLIII. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

M. A. Maraldus.

(117

# S.[MI] D. N. D. VRBANI

## DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.

Declaratió circa facultatem diſpenſandi cum Regularibus ſuper voto de non procuranda, nec ącceptanda dignitate extrà Religionem.





VITTORIO EMANUELE III · BIBLIOTECA NAZIONALE · NAPOLI



# VRBANVS PAPA VIII.

## AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

[illegible] adeò quorumdam Regularium mentes interdum excæcat, vt ab eo, quod abnegantes